

Incipit compēdiū breue et vtile aliquarū materiā rū cōmuniuz ad fidem et doctrinā catholicam spectantiū quod eidem cancellario ascribitur sed nō apparet esse suum.

In isto libello est quedā breuis et summaria. vtilis tamen expositio. Primo de articulis fidei. Secundo decem preceptorum legis. Tertio septem sacramentorum ecclesie. Quarto septem virtutum. Quinto de septem petitionibus contentis in oratione dominica. Sexto de septem donis spiritus sancti. Septimo de octo beatitudinibus. Octavo. de vicijs tam nature quam voluntatis.

Tractatus primus de articulis fidei. Et primo quid sit symbolum et vnde dicatur.

Symbolum est omnium credendorum ad salutem spectantium compendiosa collectio. Quoniam vt ait cassianus libro. vi. quicquid per vniuersum diuinorum voluminum corpus immensa diffundit copia totum in simbolo colligit brevitate perfecta. Dicitur autem symbolum a syn quod est conetabile quod est sententia. quasi collectio sententiarum. Vel vt alij volunt a syn quod est con et bolum quod est frustum. quasi frustorum id est capitulorum vel particularum fidei collectio. Secundum papiam symbolum est collectio aut pactum seu placitum quod fit homini cum deo.

Quid sit articulus

Articulus fidei et vnde dicatur. Et autem articulus finitissimus dicitur de sancto victore. in diuisibilis veritas de deo. artans nos ad credendum. Dicitur in dicta descriptione veritas indiuisibilis. quia articulus non diuiditur. sed stat in eo indiuisio credibilium. Articulus enim de se in quantum articulus. non est resolubilis in articulos siue in credibilia. peruersitate tamen heresum inualefcente quedam que coniungebantur in simbolo apostolorum postea oportuit diuidi. Verbi gratia. Dicebant quidam christum non verum esse hominem neque vere natum. Alij autem dicebant vere natum. sed non vere conceptum de virgine sed corpus attulisse de celo. Vnde sancti patres vnum articulum in duos diuiserunt. vt vnus esset articulus de conceptio. alius de vera eius natiuitate. Et consimiliter in alijs et alia causa diuisis. Et ita ly indiuisibilis in quibusdam articulis priuat actum diuisionis et possibilitatem. in quibusdam priuat solum actum. scilicet quia sunt quidam articuli qui finem assignationem apostolicam non diuidunt. possunt tamen diuidi. Et sunt quidam articuli qui neque diuiduntur neque diuidi possent. Et nota quod in dicta descriptione dicitur de deo. cum tamen articulus aliquis prima facie videatur esse de creatura. Verbi gratia. Carnis resurrectionem. Verum tamen omnis articulus principaliter de deo est. vnde respectu articuli immediate tacti dicit damascus. Non credimus resurrectionem futuram. nisi diuina virtute. scilicet cooperante. Unde et hoc credit fides catholica. scilicet promissam resurrectionem diuina efficienda virtute. Et sic patet quod iste articulus de deo est. quia de diuina virtute nostram resurrectionem operante. Istomodo omnes articulos qui videtur esse de creatura. facile contingit reducere ad diuinam virtutem. et ita ad deum. Item in dicta descriptione dicitur artans nos ad credendum. Et tamen voluntas libera est nec potest cogi vel artari. Sed quis in volendo et consentiendo non possit voluntas cogi quia quo ad hoc libera est. potest tamen allici et trahi in agnoscendo. quoniam si intellectui bene disposito infundat seueritatem ipsi intellectus illuminans. necesse est veritatem agnoscere. et persequens alligere. et

Compendiū Theologie

tunc trahit ad consentiendū agnate veri/
rati. Unde Aug⁹. Verba trahit ouē. Hoc
modo artat nos articul⁹ ad credēdū. Un/
de qdam artans id est trahens

A Diuisio et expositio

articulorū fidei Et primo primi.

Duidit autem et distinguit sym/
bolū p̄cipue apostolorū in. xij.
articulos. fm nūcz. xij. aposto/
lorū q̄ conculerūt credenda. qz
ipsi hoc symbolū composuerūt. Scdm
alios vero diuidit in. xiiij. vt patebit infra
Unus articul⁹ et prim⁹ attribuit patri
fm priorē modū. sex attribuūtur filio. et
q̄nqz spiritui sancto. **P**rim⁹ autem qui
attribuit patri est iste. Credo in deum pa/
trem om̄ipotētē creatorē celi et terre. **U**bi
primo nota differentiā inter credere deū.
et credere deo et credere in deum. Quia fm
Aug. credere deo/est verbis ei⁹ siue sc̄ptu/
re sacre fidem adhibere. Credere deum est
credere deū esse. scz quia est. Credere in de/
um est credēdo deū fide et affectōne. siue fi/
de opante p̄ dilectōnem/ tendere in ipm.
Igit̄ expone sic. Credo in deum scilicet
singulariter. qz in vnū deum. Unde deu/
ter. vi. Audi israel domin⁹ deus tu⁹ deus
vn⁹ est. **P**atrē. qd̄ hic p̄sonalit̄ tenetur
qz subiūgit filiū eius. In oratiōe vero do/
minica tenet̄ ly pater essentialiter vbi agi/
tur de paternitate/ vel adoprōis qua pat̄/
nitate ipsa trinitas est pater bonorū/ vel
creatōnis/ qua paternitate tota trinitas
pater est tam bonorū q̄ malorū. fm illud
deutero. xxxij. Nūquid nō ipse est pater tu/
us q̄ possedit te et fecit et creauit te. **O**m/
nipotentē appropriate. q̄uis enī fili⁹ sic
omnipotēs et spiritus sc̄tus. omnipotens
tamen q̄ndo ponit̄ appropriate/ attribuit̄
patri. sicut sapientiā filio. et bonitas spiri/
tuis sancto. **C**reatorē celi et terre. Ad lite/
rā summe nature/ quā designat noīe celi/
et infime. quā designat noīe terre/ et sic ex/
inde collige creatorē medioz. **P**ositis
enim extremis colligūtur media. **U**el per
celum et terram intelligat̄ tam spūalis q̄z
corp̄alis creatura p̄fecte formata/ vt celū
sit inuisibilis et spūalis creatura/ terra au/
tem omne corporeū et visibile. Unde aliō
symbolū exponens dicit factorē celi et ter/
re/ visibilū omniū et inuisibilū. Et nota
qz creare siue creatorē esse/ poti⁹ sonat po/

tentiā q̄z sapientiā vel bonitatem. qz ope/
ratio egredit̄ a potentia et maxime virtu/
osa. Unde Johā. p̄mo. Om̄ia p̄ ipsum fa/
cta sunt. Et in psal. Om̄ia in sapientiā fe/
cisti. Ideo appropriate attribuit̄ creare pa/
tri sicut et potentia/ cū tamen pater om̄ia
creet p̄ filiū coopante spūsancto/ qz indi/
uisa sunt opera trinitatis/ et tote tres p̄so/
ne/ vnus sunt creator. **E**t aduertēdum
hic qz per hoc qz dicit̄ deū singulariter/ de/
struit errores quorundam gentiliū qui fin/
gunt plures esse deos qd̄ manifestissim⁹
est error/ qz illo posito/ clare patet qz nul/
lus eorū sit de⁹. **S**i enī plures sunt/ diffe/
runt inter se per aliquid quod habet vn⁹
qd̄ non habet alius. Sic null⁹ eorū erit
summū bonū/ qz sic null⁹ eorū habet oīa
bona/ et sic null⁹ eorū erit deus/ qz de⁹ est
summū bonū qd̄ cōtinet omnia bona. ad
rhoma. xi. **I**te per h̄ qz dicit̄ patrem/ de/
struit obstinatōem iudeoz. qui nō atten/
dūt distinctōez p̄sonalē patris et filij. **I**te
per h̄ qz dicit̄ creatorē celi et terre/ destruit
errorē phozū dicentū mundū fuisse ab et/
no et deo coeternū. sicut dicit̄ august. ari/
stotelē posuisse et platonē. **I**tem p̄ illō idē
destruit errorē manicheorū qui dicūt oīa
corp̄alia/ creata a deo tenebarū. **S**ed
ex istis oritur dubitatō. **S**i enim credere
in deū est tendere in eum fide opante per
dilectōnem vt dicitur supra/ cum in pctō
mortali existentes nō habeant istam fidē
sic in deū tendētē. videretur qz nō credāt
in deū/ et ita mentiūtur et peccant quan/
do dicūt symbolū. quod graue est dicere.
Ad qd̄ dicit̄ fm q̄sdaz. qz ipse peccator di/
cit credo. et. nō in p̄sona sua sed in p̄sona
ecclesie. **S**icut et illō. lauabo p̄ singlas no/
ctes lectū meū et. qd̄ nisi in p̄sona ecclesie
que in aliquibz mēbris per singulas no/
ctes lachrymas diceret/ esset mendaciū in
ore maloz. immo etiā et multoz iustoz.
Et similr̄ cum mulier dicit psal. letat⁹ suz
in his que dicta sunt mihi et. incongrua/
cēt locutō/ nisi in p̄sona iusti generaliter
loqueret̄ siue ecclesie. **S**ilr̄ hic in p̄sona ec/
clesie dicit̄ Credo in deum et. et sic nō peccat
nec mentit̄. **A**lij dicūt qz et̄ns in pctō mor/
tali/ nō dicit qz credat in deū cū dicit cre/
do et. sed p̄fiteat̄ articulos fidei. **E**t ē sensus
Credo in deū. i. p̄fiteor credēdo esse deū.
Et ita large sumit̄ hic credere August. ve/
ro supra sumit̄ magis stricte.

Expositio secundi

articuli fidei.

Secundus articulus principalis et prius eorum qui attribuuntur filio est iste. Et in *Ihm xpm* fidei. *Et supple credo in Jesum xpm.* *Et.* Que duo nomina/frequenter in nouo testamento coniungunt. Quia vnus eorum scilicet iesus exprimit eius deitatem interpretatur enim saluator. et in quantum deus specialiter saluator est. Et reliquum nomen scilicet christus exprimit humanitatem. quia interpretatur vnctus. et in quantum homo vnctus est precosortibus suis. **F**ilius eius vnicus id est naturalis non adoptiuus. Unde aliud symbolum/determinando dicit. Et ex patre natus. *Et.* Vel vnici dicit. quia non est vnus filius in quantum deus. et alius filius in quantum homo. Sed idem xps in duabus naturis. scilicet deitate et humanitate. et tribus substantiis. scilicet deitate anima et carne vnicus est filius. Unde augustinus in ecclesiasticis dogmatibus non duos filios fatemur sicut sepando naturas nestorius tradit. scilicet deum et hominem/vnū filium credimus. manentem in duabus substantiis. non tamen confusus naturis. quibus enim duas habeat natiuitates. vnā qua nascitur de matre. et vnā qua nascitur ex deo patre/ tamen est vnicus filius non duo filij. Quando ego/ in conceptione per viam generationis processi a patre/ et sic quadam natiuitate natus sum in vtero. Secundo natus sum de matre ex vtero. nec tamen propter istas duas natiuitates/ dicendus sum duo filij sed vnicus. **S**equitur dominum nostrum. Unde ipse dicit matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. *Et.* Per hoc etiam quod dicit Jesum xpm quod interpretatur saluator et vnctus/ deridet hebetudo iudeorum qui suum messiam id est saluatorem adhuc futurum expectant. **P**er hoc etiam quod dicit filium vnici/ destruit heresim sabellianorum dicentium eandem personam esse patrem et filium. quod aptissimum apparet mendacium quod secundum decursum naturalem/ oportet quod inter patrem et filium personalis sit distinctio licet conformitas sit nature et similitudo. Quales etenim sumus nos. tales quod a nobis generatur. Unde de ipsa diuina filiatioe dicit ad romanos. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorum. *Et.* Et post pauca. Si aut

filij/ et heredes. heredes quidem dei/ coheredes autem christi. Et ad ephesios. i. Predestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum christum. Nullus enim seipsum genuit. Unde cum idem sit pater quod filius in substantia. oportet quod alteritas sit personarum. **P**er hoc etiam quod dicit dominum nostrum/ destruit heresis arrianorum qui ponit inequalitatem personarum. Unde iohannes. x. Ego pater vnus sumus. Et ad hebreos. i. qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius. Et secundum arthanasium. Equalis patri secundum diuinitatem. Sicut enim pater dominus est omnium et omnipotens/ ita est et filius. Quod expressius determinat in alio simbolo vbi dicit. omnipotens pater. omnipotens filius. quod tamen intelligat secundum diuinitatem. Quauis enim humanitati christi collata sit omnia scientia. non tamen omnipotentia.

Expositio tertii

articuli fidei.

Tertius articulus principalis et secundus eorum qui pertinent ad filium. qui determinat vtraque eius natiuitatem. scilicet in vtero et ex vtero. Et est iste. Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. **D**ic ergo. qui scilicet xps/ conceptus est de spiritu sancto id est operatione spiritus sancti. vno etenim eodemque momento/ segregata fuit illa caro assumpta/ a reliqua carne virginis/ operatione spiritus sancti. et animata anima rationali. et deitas eis vnita. Unde non est putandum quod sit conceptus de spiritu sancto sicut proles de semine paterno concipitur. quia sic transisset spiritus sanctus omnino. mutaretur quod fuisset in carnem. sicut paternum semen transit in carnem per lis/ amittens propriam speciem/ quod est etiam solo cogitatu abhorrendissimum. Unde lyde/ non denotat circumstantiam cause materialis/ sed potius cause efficientis. Quauis enim incarnatio filij dei/ sit operatio totius trinitatis/ quia quod operatur vna persona/ operantur omnes (eo quod indiuisa sunt opera trinitatis) ipsa tamen gratia/ mediante qua natiuitas humana vnice diuine/ est donum appropriatum spiritui sancto/ quia hec gratia appropriate procedit a caritate seu a benignitate dei/ qua spiritus sanctus appropriatur. Non enim deus in quantum potens vel in quantum sapiens/ sed in quantum bonus/ et benignus nostram redemptionem operatus est/ per incarnationem filij dei. **D**icitur igitur. qui

Compendiū Theologie

conceptus est de spiritu sancto. non naturaliter. sed operatione spiritus sancti et quasi secundum appropriationem cause efficiētis. In quo verbo tangit naturas eius in utero scilicet qua natus est de patre veniens. nec tamen recedens. De qua **Dat. primo** Quod in ea natus est / de spiritu sancto est **Glosa** **Natum. i. conceptum.** **Dicitur** postea natus ex **Maria** virgine scilicet natiuitate ex utero. de qua **Luce. ij.** Et peperit filium suum primogenitum etc. **Per** hoc autem **quod** ait. qui conceptus est de spiritu sancto. i. operatione spiritus sancti et non operatione virili / destruitur heresis hebreonitarum. qui asserunt christum ex **Maria** et **Ioseph** nupti ali coitu esse conceptum. **Per** hoc etiam quod subdit. natus ex **Maria** virgine etc. scilicet de vera matre de qua materia corporis assumpsit / destruit error valeptinianos dicentium de virgine christum nihil corporis assumpsisse. sed per eam quasi per fistulam transisse.

Q **Compositio quarti**

Quarti articuli fidei.
Quartus articulus principalis / et tertius eorum qui pertinent ad filium. et quidem describit passionem eius sacramentum secundum omnia que circumstant mortem eius. ut est flagellatio. crucifixio. sepultura. et huiusmodi. est iste **Passus** sub pontio pilato. crucifixus. mortuus et sepultus. **Qui** supple christus / passus est sub pilato. i. sub potestate pilati. **Pilato** dicto pontio scilicet genere. quasi dicat non romano. quod forte dicit ad differentiam alicuius alterius pilati. **Crucifixus** in quo distinguit passionem suam a passione aliorum qui suspenduntur in patibulo. Quia secundum yfido. patibulum prope dicitur ubi homo suffocatur et statim moritur. Erup vero ubi diu tortus / tandem languenti morte moritur. ubi mors grauior et productior est. Tamen multotiens unum pro alio ponitur. **Sequitur** mortuus vera morte. pro dissolutionem scilicet anime a corpore. diuinitas tamen semper coniuncta mansit utrobique. **Unde** august. sup **Johanne** Verbum diuinum ex quo hominem id est carnem et animam suscepit / nunc deponit. **Mors** ergo / ad tempus carnem et animam sepauit. neutrum tamen a verbo. **Et** sepultus. non tamen ut alij corruptus et incine-

ratus. **Unde** in psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptos etc. **Per** hoc autem quod dicit passus crucifixus mortuus / ostendit veram carnem utpote sensibilem et passibilem habuisse. In quo eliditur error apollinaristarum. qui dicunt eum sensu et carne sensibili caruisse. cum tamen verissimam carnem habuerit. et optime complexionatam. et ideo maxime passibilem. **Hec** absorpta fuit illa passio per unionem deitatis. quia in illa unionem (ut dicit damasus) fluata fuit utriusque nature proprietates. Nam quod passibile / mansit passibile sicut humanitas. et quod impassibile / mansit impassibile sicut diuinitas. Quinimo incopabilem penam grauiorem sustinuit. quam posset purus homo sustinere. eo quod prebebat ei illa unio robur et vires ad sustinendam tam amarum passionem / in qua purus homo quod eiusdem teneritudinis esset (ut dicitur) in initio passionis defecisset. **Destruit** in hoc etiam error illorum qui dicunt carnem illam in naturam deitatis transisse. et ideo impassibile fuisse. Quos confutat hieronimus in epistola ad damasum papam.

Q **Compositio quinti**

Quarti articuli fidei.
Quintus articulus principalis in numero. et quartus eorum qui spectant ad filium pertinet ad redemptionem eorum sacramentum qui erant in limbo inferni conclusi secundum quod propheta ueritatem zacharias. etc. capit. Tu quoque in sanguine testamenti tui / emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. **Et** iste. **Descendit** ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. **Descendit** tamen. scilicet in anima deitate unita. quia corpus in sepulcro quieuit. et deitas ubique erat. **Unde** sine ea descendere non potuit ad inferna. i. ad limbum. parte. scilicet inferni superioris. quod detinebant saluandi. quousque debitum primi peccati pro morte christi solueretur. quod ait dicit psal. eruisi animam meam ex inferno inferiori. non est spiritus. **Dicit** ei ibi limbo inferni inferioris respectum aeris caliginosi in quo ut in suo inferno affliguntur modo maligni spiritus. **Unde** respectum illius aeris quod ad situm. limbo hoc est superior pars inferni dicitur inferni inferioris. **Tertia** die resurrexit a mortuis. ut per synodochen per ponat per toto. ut uidelicet per illi diei pasceus quod mortuus est / pro una die computetur. et non sequens dominice. cuius mane resurrexit / per die tertio

Per hec autem verba destruitur error eorum qui negant resurrectionem nostram. Negare enim nostram resurrectionem est quodammodo negare resurrectionem christi. Sic enim arguit apostolus peria ad Corinthios, xv. Si christus resurrexit et nos resuregemus.

Tum autem ad destructionem consequentis sequatur destructio antecedentis si nos non resuregemus neque christus resurrexit.

Et nota quod secundum istam distinctionem articuloz hęc duo coniunguntur scilicet resurrexerunt ad inferos et resurrectio a mortuis. quia iste articulus dicit totum quod christus nobis per suam mortem meruit. hoc autem est redemptio in anima quod completa est per fructuram inferni in descensu ad inferos. et redemptio in corpore que completa est in resurrectione per gloriam corporis.

Expositio sexti articuli fidei.

Sextus articulus principalis in numero. et quintus eorum qui spectant ad filium pertinet ad apertionem loci latitudinis. ubi per nobis precursor facit christus ascendit per pandens iter ante nos. et est iste. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Ascendit igitur ad celos secundum humanitatem vel in quantum homo qui ubique est secundum deitatem. Ascendit inquam non statim post resurrectionem sed post quadraginta dies. quibus apparuit per multas vices discipulis suis. ut fidem eorum roboraret apparitionibus. et probaret gloriosam resurrectionem sui corporis. quod oculis suis paulo ante discipuli viderant extinctum.

Sequitur sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. id est in eterna beatitudine. ad quam dexteram posuit electos suos. ut dicitur matth. xv. Et statuet oues quodammodo a dextris etc. Vel ad dexteram dei patris. id est iudicaria potestate. quod dicitur iob. v. Post omnem iudicium dedit filio. Et utrumque notat cum dicit sedet. quod sedere est quietitudo et iudicantium. quasi dicitur. pacifice glorias. et omnia quiete et pacifice cum patre iudicat et disponit. et iste articulus destruit illam heresim quod negat equalitatem patris et filii. Et si illa quod dubitat de ascensione eius in celum. et per consequens negat nostram quod causat ex sua. sic erectio membrorum sequitur ad erectionem capitis. Unde augustinus. His accedere ad celum. ascendente tene. etenim

per seipsum leuari non poterit. Si ergo vis ascendere. membrum illius esto quod solus ascendit iob. iij. Nemo ascendit in celum nisi quod descendit de celo filius hominis qui est in celo.

Expositio septimi articuli fidei.

Septimus articulus principalis in numero. sextus vero ultimus eorum quod secundum istam assignationem pertinet ad filium. est de reditu ad iudicium. quoniam ut dicit iob. v. Post omnem iudicium dedit filio. ut scilicet ille qui vivus iudicaturus est et exinde mortuus. iudicet vivos et mortuos. et est ille. In de venturus est iudicare vivos et mortuos. Unde scilicet. id est postmodum. Vel inde. id est de celis quos ascendit. venturus est scilicet in die iudicij. iudicare vivos et mortuos. Ad istam. quia tunc et vivi et mortui recipient iudicium. ut inquit apostolus peria ad thessalios. iij. Et mortui qui in christo sunt resurgent primi. deinde nos qui vivimus qui relinquamur simul rapiemur cum illis in nubilo obvia christo in aera etc. Illi tamen vivi qui recipient morientur. sed statim in momento resurgent. iudicium cum resuscitatis recepturi ubi non putet per tractum et mora temporis singulorum examinationem fieri. sed uno eodemque momento et merita singulorum discutiet et discussa iudicabit. Unde augustinus. Non est in illo iudicio singulorum hominum vicissim operanda discussio. sed momentaneo discussu simul omnia sic et fecit sic et iudicabit. Vel aliter. Venturus est iudicare vivos. scilicet vita gratie. et mortuos scilicet morte culpe.

Ubi nota. quod aliud simbolus addit ista verba cum gloria. quia licet christus in forma servi in qua iudicatus est sit ipse se iudicaturus tamen in forma gloriosa apparebit et in carne glorificata. Vel eius gloria id est cum societate gloriosa electorum simul iudicantium. quia ut dicitur ysai. iij. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui et principibus eius.

Ex quo patet quod quidam ibi iudicabunt et non iudicabunt. ut perfecti qui omnia propter christum reliquerunt et secuti sunt eum qui christi in iudicando assessores erunt. alij non iudicabunt. sed iudicabuntur scilicet fideles qui secundum opera sua recipiant iuxta discussionem de qua habet matth. xv. Esurivi et vedistis mihi mandu-

Compendiū theologie

care rē. cum alijs ibidem taz respectu ele-
ctorum q̄ respectu reproborum expositis
Iudicabuntur enī quidam eorū ad glo-
riam / et quidā eorum ad p̄nam. alij nec
iudicabunt nec iudicabuntur. scilicet infi-
deles. quia iam iudicati sunt. Unde io-
hannis. iij. Qui non credit / iam iudica-
tus est.

Expositio octavi articuli fidei.

Quinq̄ autē articuli sequentes
pertinet ad spiritum sanctum /
tam in se q̄ in donis suis. In
se dico. quia in octavo articulo
in ordine omnium duodecim articuloꝝ
primo vero in ordine istorum quinq̄ /
exprimitur personalitas sua. et est iste.
Credo in spiritum sanctum. Et circumlo-
cutiue loquitur. Quando enī hec vox spi-
ritus sanctus / capitur dictioaliter / tunc
solam tertiam personam in trinitate de-
signat. Quando autē vi orationis tene-
tur / essentialiter sumit. et cōuenit toti
trinitati scz deo. Et nota q̄ i alio simi-
lolo / ad maiore expressionem istius ar-
ticuli / adduntur plura. scilicet in sp̄m
sanctū dominū et uiuificantē. qui ex pa-
tre filioq̄ p̄cedit. qui cū patre et filio si-
l adoratur et cōglorificat. qui locutus est
per p̄phetas. Et hoc propter quasdam he-
reses que postea pullulauerunt. Impijssi-
mi enim nestorius et eutychius dixerunt
spiritum sanctū esse seruū patris et filij et
eis obedire / sicut uirtus quedam aliena
ab essentia eorū. nec dare uitā gratie / nec
inspirationē. et ideo additus est dominū
et uiuificantē. Et ad equalitatē signifi-
candam appositū est / qui ex patre filio
q̄ procedit. qui cū patre et filio si-
l adoratur et cōglorificat. Montanus autē
quidā hereticus. et porphyrus quidam
alius post eū discipulis suis dixerunt. p̄-
phetas nō diuino spiritu. sed tanq̄ pro-
phanaticos locutos fuisse. sicut loquū-
tur energumini et arrepticū. Et ut eorū
error excluderetur addiderūt / qui locu-
tus est per p̄phetas. quia cum spiritus sc̄o
inspirante locuti sunt sancti dei homines.

Expositio noni ar- ticuli fidei.

Donus articulus in ordine prin-
cipali / et secundus eorum qui
spectat ad spiritum sanctū. s̄m
scilicet q̄ signat et vnit genera-
liter ecclesiam est iste. Sanctā ecclesiā
catholicam. Et nota q̄ illud qd sequit̄
scz sanctorū cōmunionē adiungunt aliq̄
isti articulo. alij uero adiungūt articulo
sequenti. Sc̄m primū modū exponit̄
sic. Credo / supple sanctā ecclesiam catho-
licam / siue militātem siue triumphantē
esse cōmunionem. id est cōgregationem
vel societate sanctorū. Vel sic. Credo san-
ctam ecclesiam catholicam adhuc in ter-
ris militātem. et credo sanctorū commu-
nionem. id est sanctorū societatem in ce-
lo scilicet esse. hoc est eccliam triumphantē
quasi diceret. vtrāq̄ ecclesiam credo.
Vel credo sanctā ecclesiam catholicam
hoc est siue militātem siue triumphantem
et credo sanctorū cōmunionē. id est suffra-
gia ipsius ecclesie que communicamus.
Vel cōmunionē. i. eucharistiā esse. scilz
in altari. qd negāt albigenes. Sc̄m
vero eos q̄ tantūmō ponūt istud p̄ arti-
culo sanctā eccliam catholicā / exponitur
sic. i. eccliam vniuersalē. Catholicon enī
grece / latine signat vniuersale. et dicit̄
ecclesia vniuersal̄ s̄m locū / duabus de
causis. prima. s. q̄ est vniuersal̄ p̄ dica-
ta per q̄ttuor ptes terre. Vñ in psal. In
omnem terram exiit sonus eorum. Se-
cunda causa quia articulos habet vniuer-
saliter veros. quibz scilicet nullū falsum
potest subesse.

Expositio decimi articuli fidei.

Decimus articulus in ordine pri-
cipali et tertius eorum qui spe-
ctant ad sp̄m sanctū. s̄m scilicet
effectū gr̄e contra pctm̄ est iste
Remissionē pctōꝝ scilicet credo. Et in-
telligat generalit̄ de remissioe pctōꝝ.
siue que fit in baptismo. siue q̄ fit extra
baptismū. sic in penitētia. Tamē aliud
symbolū nō videt loq̄ nisi de remissione
pctōꝝ q̄ fit in baptismo. Dicit enim
confiteor vñ baptisma in remissionem
peccatorū. sed hoc quod ibi specialit̄ dicit̄
de baptismo / sunt contra hereticos cer-
tos impugnātes sacramentū baptis-
mi.

Est ergo sensus Credo remissionē peccatorum fieri. supple per teū. siue in baptismo triplici. scz fluminis / fluminis et sanguinis / siue post baptismū in penitentia

Cscdm alios autē (qui vt supra tactū est) istud adiungūt cū articulo pcedenti vt scilicet sit vnus articulus. ecclesiam sanctā catholicā / sanctorū cōmunionē / remissionē peccatorū. sicut inferius latius dicetur. sic errone. Credo ecclesiam catholicā. id est vniuersalē ecclesiā / habētē modo vel habiturā in futuro / cōmunionem sanctorū. id est omnē vniōnem vel societatem sanctorū. quando scilz regnum militans / veniet ad regnum trīū phans. Et credo supple hanc cōsecutam vel consecuturā remissionē peccatorum scilicet per ecclesiastica sacramenta et bona opera. q̄i dicat. Credo peccata dimitti his qui sunt de ecclesia fidelīū et non alijs. Quāuis enim deus p se dimittat peccata / nō tamen dimittit nisi p sentiam sacramentorū. nisi ne essitas excluderet beneficiū sacramenti. Prior tamē mod⁹ exponēdi diuenientior apparet.

Expositio vndecimi articuli fidei.

Adecimus articulus in ordine principalī / et q̄rtus eorum qui spectant ad spiritū sanctū / est de spiritu infuffante sup interfectos veneno primī pentis. de quo p̄dixit ezechiel ezechiel. xxxvij. A quattuor ventis veni spūs et infuffa sup interfectos istos et renouiscant. et est iste. Carnis resurrectionem. et est sensus. Credo spiritū sanctum / per reductionem spūs creati ad corpus / facientem sua virtute carnis resurrectionē. Quod etiā innuit psal. cum dicit Emitte spūm tuū / et creabuntur / et renouabis faciē terre. **I**n qua resurrectione credendū est idem corpus quod per mortē cecidit / ad eundem spiritū. id est ad eandē animā rediturū siue cuiuslibet mēbri materia ad idē mēbrum in quo erat redeat vt exponūt alii qui / siue eadē materia tota corpis redeat ad totū corpus / nō tamen necessario materia cuiuslibet mēbri ad idē mēbrum scdm exemplū qd̄ ponit aug⁹. Quā vt statua in ea fusa / fit massa. et itē vt eadē massa fit statua. vbi est om̄imoda idem /

titas materialis et numeralis inter statua priorē et posteriorē. qz materia est eadē nūero et forma natural. scz eneitas et tñ forte qd̄ prius fuit materia pedis i statua priorē / fusa / erit materia brachij in statua posteriorē. Et similē in pposito

Argumētū autē infallibile q̄ resurrectionis erat quotidie habemus. Unde dicit petrus rauenas Credo te homo in morte posse resurgere. qui anteq̄ viueres nihil fuisti. aut q̄re dubitas q̄ resurgas. cū torum qd̄ in rebus est continue sic resurgat? Sol enī occidit et resurgit. dies se pelitur et redit. mēses anni. fructus. tempus. semina cum trāseunt ipsa moriunt. cum redeunt ipsa sua morte virescūt. Et tu etiam quotiens dormis et dormiendo euigilas / tecum q̄si moreris et resurgis.

Expositio duodecimi articuli fidei.

Duodecimus et vltimus articulus in ordine principalī / et q̄ntus eorum qui spectant ad spiritū sanctū / est de spiritus in eto. eternalē electos p̄miantē. et est iste. Vita eternā. et est sensus. Credo vitā eternā a spūsco in p̄mīū electis collatam. **I**n h̄ et iā articulo mors eterna docetur delere credi reprobis futura. q̄si dicat. Credo vitā eternā p̄mīū bonorū et mortē eternā supplicij malorū. **D**ec autē vita eterna / consistit i stola anie et corporis. Stola autē anie in trāto consistit scz in manifesta cognitōe summe trinitatē q̄ succedit fidei Job. xvij. Nec ē vita eterna vt coḡscant te solū vtz desū et quē misisti iesum xp̄m. Itē in p̄fecta ei⁹ fruitōe que succedit spei. Itē in p̄fecta ei⁹ dilectione. qz nō euacuabit h̄ p̄ficiet caritas ipsius dei. Stola autē corporis in q̄tuoꝝ etiam consistit. scz in agilitate. subtilitate. claritate. in impassibilitate. De q̄bus dicit sapiētē. ij. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundinetis discurrent. Si igitur fulgebunt / ergo habebūt claritatem. Si iusti / ergo habebunt immortalitatem seu impassibilitatē. quia sapie. i. Iusticia perpetua est et immortalis. Si sint scintille / ḡ habebunt subtilitatem. Si discurrent / ergo habebunt agilitatem. Per hunc articulū destruit heresis ponentiū

Cōpendiū theologie

teum non curate facta hominū et heresis
potentium animā interire cum corpore.

Amen. Iste terminus amen / quōq; te-
netur aduerbially. et sic interpretat fidelis.
sicut aquilā. et sonat tantū sic ita fiat. Et
ponitur deuterono. xxxij. Et dicit omnis
populus amen. Aliquando nominaliter
apocalip. iij. Hoc dicit amen. i. veritas.
Vel amē. i. veritatē annūciās. Et p̄t hic
sumi primo vel scōdo modo.

In sunt alia credenda yltra articulos.

Sicut autē quera-
tur / an teneamur aliq̄ credere
que nō sunt articuli. sicut ubi
gratia. fornicationē esse pctm̄ mortale. et
similia. Dicit vobis q̄ sic. Oportet enim
multa credere q̄ nō sunt articuli. maxie
ea q̄ articulos p̄cedūt. Credere enī deo
nō est articulus. s; articulos f̄cedit. et tñ
oportet deo credere. q̄ antecedit articulos
Vñ cum credere deo sit credere et bis ei
siue sacre scripture q̄ dicit fornicationem
esse mortale pctm̄. Patet q̄ quōuis nō sit
articulus / oportet illud credere. Et sic qui
negaret p̄cipia alicuius arte / diceret hereti-
cus in illa arte / sic q̄ negaret fornicatio-
nem esse pctm̄ mortale / vel aliqd̄ asse-
rit sacra scriptura. qd̄ quidē articulos f̄
dei antecedit. hereticus i fide dēberet re-
putari.

Unde sumitur numerus et distinctio
articulorum fidei.

Diximus autē ar-
ticulorum et distinctio-
nem sicut statim
modū exponēdi sic accipe.

Cum enī credere habeat q̄ deus i sua
essentia vn̄ et simplex / trin̄ sit in p̄sonis.
quib; q̄ de; p̄sonis iuxta suas p̄prietates
p̄sonales certe erga nos et n̄ram salutem
attribuitur op̄ationes p̄dicātes / q̄s etiā
credere habem; / inde insurgit n̄mer; et di-
stinctio duodecim articulorum fidei. iuxta
duodecim q̄ sic nobis de ip̄is p̄sonis di-
uisis credēda incūbūt. Et q̄ iuxta ip̄m
modū exponēdi / vn̄i attribuit p̄sonē
patris. sex v̄o p̄sonē filij. et q̄nq; p̄sonē
sp̄s sancti. ideo duodecim articuli fidei
assignant; vn̄i respectu p̄ris. sex resp̄ctū
filij. et q̄nq; respectu sp̄s sancti. **D**e vnico

articulo q̄ attribuit p̄sonē patris. **P**rimus
enī articulus q̄ vt tractū est attribuitur
patri. exprimit eius p̄sonalitatem et om̄i
potētiam / cum dicit Credo in v̄m p̄m̄
ōipotentē creatorē celi et terre. et hunc ar-
ticulū posuit petrus. **D**e primo sex ar-
ticulorum attributorum p̄sonē filij. **P**rimus
vero sex articulorum q̄ attribuitur filio ex-
primit eius p̄sonalitatem / cum dicit. Et
in iesum xpm̄ filij eius vn̄icū domini
nostrum. et hunc posuit andreas.

De secūdo et tertio. **S**ecūdo exprimit v̄trā
q̄ eius natiuitatem / cum dicit. Qui conce-
ptus est d̄ sp̄s sancto natus ex maria vir-
gine. et hunc posuit iohānes euāgelista

Tertius exprimit passionis sue sacra-
mentū / cum dicit. Passus sub pontio py-
lato crucifixus mortuus et sepultus. et hūc
posuit iacobus maior.

De quarto.
Quartus exprimit eius descensum ad
inferos et p̄sequētē resurrectionē / cū dicit
Descendit ad inferna tertia die resur-
xit a mortuis. et hunc posuit thomas.

De quinto. **Q**uintus exprimit ascē-
sum suū ad superos et ianue celestis aper-
tionem / cum dicit Ascendit ad celos se-
det ad dexterā dei patris omnipotentis
et hunc posuit iacobus minor.

De sexto
Sextus exprimit eius iudiciariā p̄tātē /
cum dicit. Unde ventur; ē iudicare viuos
et mortuos. et hunc posuit philippus.

De quinq; articulis attributis p̄so-
nē spiritus sancti. **P**rimus v̄o q̄nq; arti-
culorum qui attribuit spiritus sancto expri-
mit eius p̄sonalitatem / cum dicit Credo
in sp̄m̄ sanctum. et hunc posuit bartholo-
meus.

Secundus exprimit eius san-
ctificationem et vn̄ionē qua in eo vn̄itur
ecclesia / cum dicit Sanctam ecclesiam
catholicam sanctorū communionem. et
hunc posuit matheus.

Tertius expri-
mit eius remissionē siue iustificationem
per generalem remissionē / cum dicit. Re-
missionem peccatorum. et hunc posuit sy-
mon chananæus.

Quartus exprimit
eius viuificationem per generalem resur-
rectionem / cū dicit. Carnis resurrectio-
nē. et hūc posuit iudas thadeus.

Quin-
tus et vltimus exprimit eternam eius
premiationem / cū dicit. Vitam eternā
et hunc posuit mathias. Et clarius hęc
patent in figura sequenti.

De quadam alia distinctiōe articuloꝝ fidei.

Et alia distinctiō quorundā modernoz. q̄ symbolū in quatuordecim diuidit articulos. Diuidit enim primū et tertium et quartum articulos supra positos / quolibz in duos. nonū uo et decimū redigit in unū. pur uidetur distinguī symbolū nycenum qd̄ cantat̄ in missa. Et fm̄ hanc distinctiōez ponūtur septē articuli p̄tinētes ad diuinitatē. et alij septē p̄tinētes ad hūanitatē. sic sc̄z. Nam symbolū aut est de deitate. aut de humanitate.

De septē articulis p̄tinētibz ad deitatē. Et p̄rio de p̄mo.

Si autē est de deitate. tūc p̄mus articulus est unū deū tantū esse. Et est iste. Credo in deū. Scōs articulus est patrē esse unū deū creatorēq̄ oim̄. Et est iste. Patrē omnipotentē / creatorē celi et terre. Et ut supra tactū est isti duo articuli fm̄ assignatōem precedentē nō sunt nisi unū articulus. **T**ertius articulus est filiū ei⁹ unū cum esse unū deū sibi equalē. Et est iste. Et in Jesum xp̄m filiū ei⁹ unūcū dñm nostrum. **Q**uart⁹ articulus est spiritū sanctū esse unū deum ab utroq̄ p̄cedentē. Et est iste. Credo in spiritū sanctū. **Q**uint⁹ articulus est deū pctā dimittere / his q̄ sunt in ecclesia et habēt cōionem ecclesie et nō alijs. Et est iste. Sanctā eccliam catholicā. Sanctoz cōionez / remissionē peccatoꝝ. Et sic ut supra tactū est cōiungūt isti duo articuli in unū sc̄z non et decim⁹. **S**extus articulus est deū suscitaturum mortuos. Et est iste. Carnis resurrectōez. **S**eptimus articulus est deū esse remuneratōrē bonoz. Et est iste. Vitā eternā. Sub quo etiam cōprehendit̄ deum esse punitōrem maloz.

De septē articulis p̄tinētibz ad hūanitatē.

Si autē symbolū sit de humanitate. tūc articulus p̄mus est q̄ xp̄s cōceptus est de spū sancto. Et est iste. Qui cōceptus est de spū sc̄to. **S**ecūndus articulus est filiū dei natū esse de uirgine Maria. Et est iste. Natus ex maria uirgine. Et ut supra tactū est isti duo articuli fm̄ assignatōem p̄cedentem

nō sunt nisi unū articulus. **T**ertius articulus est filiū dei esse passum crucifixum mortuū et sepultū. Et est iste. Passus sub pontio pilato. crucifix⁹ mortuus et sepultus. **Q**uartus articulus est filiū dei descēdisse ad inferos. Et est iste. Descendit ad inferna. **Q**uintus articulus est filiū dei resurrexisse a mortuis. Et est iste. Tertia die resurrexit a mortuis. **S**extus articulus est filiū dei ascēdisse ad celos sedereq̄ ad dexterā patris. Et est iste. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris oīpōtētis. **S**eptimus articulus est filiū dei iudicaturū bonos et malos. Et est iste. Inde uerturus est iudicare uiuos et mortuos.

ExPLICIT tractatus prim⁹ huius libelli qui est de expositiōe articuloꝝ fidei

Incipit tractatus scōs de decē p̄ceptis legis et eoz expositiōe

scōs de decē p̄ceptis legis et eoz expositiōe

Incipit tractatus scōs de decē p̄ceptis legis et eoz expositiōe

Quia tractatum de p̄ceptis legis summam tangēda sunt. qd̄ est p̄ceptum. Qualiter p̄cepta distinguātur. Expositio p̄ceptorū. De numero et sufficientia p̄ceptorū. Qualiter in ipsis p̄ceptis septē capitalia. p̄inde alia pctā p̄hibeātur.

De diffinitōe p̄cepti et eius expositiōe.

Diffinit autē p̄ceptū ab aliq̄bus sic. P̄ceptū est impium obligās ad obseruatōem rei v̄l actus impati. Extrahit radicaliter hec diffinitio a diffinitōne p̄cepti quā dat augu. libro de uirginitate dicens. P̄ceptū est. cui nō obedire peccatū est. **D**icit in dicta diffinitōne obligās ad obseruatōem ad dñm cōsiliū. qd̄ p se nūq̄ obligat. ut dicit augu. q̄uis per accūs id quod consiliū uideat obligare. utpote si in casu p̄ceptū nō possit impleri nisi fiat cōsiliū. ut si nō possim sustētare parentes. s. patrē et matrē / nisi uendā omnia tunc tenerer oī uendere. Quod quidē de se cōsiliū. nec obligat nisi in casu p̄ accūs ut exemplificatū est. **E**t si obijciatur q̄ similr obligat uotū ad obseruatōem / et sic